



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta Vigilij pape.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Sed dū multi in eadē accusatōe p̄sisterēt, timuit Iulifarius Patricius n̄r, & mādauit me ad se venire pacifice p̄ quibusdā eccl̄iasticis dispositōibus in palatiū principis & ad primū & secundū velū retinuit oēm clez & populū qui mecū veniebat, & nullum p̄misit introire, nisi me solū & Vigilū diaconē meū. Me verov̄i retēto, & añ p̄dictā Patriciā deducto miserūt in exiliū, i q̄ mō sustētōr pane tribulatōis, & aqua angustie. Ego tñ p̄pterea nō dimisi, nec dimitto officii meū, sed cū ep̄is q̄s cōgregare potui eos qui talia erga me egerūt anathematizauit, & vna cū illis aplicā synodali autoritate statui nullū vnq̄ taliter decipiēdū sicut deceprus sum, & si aliq̄s deinceps vllū vnq̄ ep̄oꝝ ita deciperet anathema maranatha fieret in cōspectu dei & sc̄toꝝ angeloz. Similiter sc̄toꝝ patꝝ roborātes decreta statui, licet sepissime iā statutū fuerit, nec falsos, nec inimicos suspectos accusatores vel testes vnq̄ sup ep̄os suscipi, eisq̄ nocere nullatenus posse, q̄a falsam aut odiosam vocē aut funestā poti⁹ interdici q̄ audiri sc̄tis p̄ribus placuit. Sūm opere charissime tales cauēdi sunt, & auertēdi atq̄ reiñciēdi, si nocētes apparuerit, q̄a nō solū eccl̄iasticę, sed etiā seculi leges tales nō suscipiūt sed repellūt, vñ scriptū ē. Os ip̄ioꝝ deuorat iniquitatē, & dñs p̄ p̄phetā loquit̄ dicens. Cū sc̄to sanctus eris, et cū viro innocētē innocētē agis. Cū electo electus eris, et cum puero puer teris. Et apl̄us inquit, puertūt mores bonos colloquia mala, idcirco vt iā p̄libatū est malū semp̄ cauēdi, & bonis atq̄ beniuolis ē inherendū, vt piculū desid̄e quātū possumus deuitem⁹, & ne pestis hęc lati⁹ diuulget̄ seueritate q̄ possum⁹ abscindam⁹, qm̄ nō temeritas interuenit p̄sumptōis vbi ē diligentia pietatis. Agat semp̄ vnusq̄sq̄ v̄m hac informatōe aplicā fultus iuxta vires suas, & fraterna lectiōe à sc̄tā religioe mores, p̄prios cōseruare, & in cōmunionē alterutꝝ adiuuare, & i charitate p̄manere, & dei volūtati indefinēter studeāt inherere, vt simul laudātes dñm indefessas illi gr̄as sp̄ agam⁹. Vale in Ch̄so sp̄, et p̄dicta prout melius poteris dño opē ferente adimplere, & reliq̄s fr̄es aplicā autoritate informare studeo. Data. IX. Calēn. Decēbris. Iustiniano. V. & Iulifano. IIII. CC. consulibus.

¶ Epistola Siluerij pape ad Vigilium papam.

**S**iluerius ep̄s Vigilio. Multis te trāsgressiōib⁹ irretitū sacerdotalis iādudū nouit gn̄aliteras. Et quia cruciatus hūano sanguine manibus decessoribus n̄ris puicatia tua subripiēs leuiticis p̄sumpseris excubare mysterijs, pleriq̄ nouerint fidelitū. Nā quia cōtra iura canonica tp̄ibus sanctę memorię Bonifacij pape, ip̄so viuēte successor ei⁹ designari conabar, nisi tibi amplissimi senatus obuiaffet iustitia, tūc p̄uidētia pastoralis asp̄icia tua p̄f̄iciali autoritate execrāda iā debuerāt detruāri. Sed dū paruū vulnus i te neglectū ē, insanabile adcreuit apostema, qd̄ nisi ferro altius abscindat, fomētōꝝ sentire nō p̄t medicinā, quippe cū his qui nequissimi sp̄us audacia, ambitōis frenesim cōcipiēs, in illi⁹ aplici medici cui aīas ligādū soluēdiq̄ collata & cōcessa pt̄as ē verfaris cōtumeliā, nouitq̄ scelus in aplicā sede rursus nitaris iducere & i more Simonis cui⁹ discipulū te ostēdis opibus data pecunia, neq̄ repulso qui fauēte dño trib⁹ iā iugiter emēsis tp̄ibus ei p̄sidio tpa mea nitaris inuadere. Habe ergo cū his qui tibi cōfentiūt p̄cē dānatōisq̄ sn̄am, sublatūq̄ tibi nomen & munus ministerij sacerdotalis agnosce sc̄ti sp̄us iudicio, & aplicā à nobis autoritate dānatus. Sic em̄ decet fidem sc̄toꝝ patꝝ in ecclesia seruari catholica, vt qd̄ habuit amittat, qui improbabiliter temeritate qd̄ nō accepit assumpserit. Data octauo Calēn. Iulij principi Basilij Celij Siluerius papa vrbis æternę huic decreto anathematis in Vigilio puafore facto, ad oīa statuta cōsensum p̄bēs subscripsi pariter, & q̄tuor ep̄i subscripserūt. i. Terrocinēsis, Fundanus, Firmēsis, & Meterrensis. Data ista chartula p̄ Anastasium subdiaconum.

### Incipiunt decreta Vigiliij pape

- |  |   |   |
|--|---|---|
| ¶ De Priscillianistis qui ab æsu carnū se subtrahunt.                          | ¶ De Paschæ festiuitatē & precum ordine ac Cap. 1 missarum solennijs.   | 5 |
| ¶ De trina merione.  | 2 ¶ Qd̄ in noīe trinitatis debeat baptizari.  | 6 |
| ¶ De his qui ab Arrianis itez baptizāt.  | 3 ¶ Qd̄ beati apostoli Petri Romanę sc̄licet eccl̄ie sedes sacerdotalis m̄ fit dignitatis, atq̄ ecclesiasticę magistracionis. | 7 |
| ¶ De ecclesiarum restauracione in fabricis v̄l dedicatōe quid sit obseruandum. | 4   |   |

¶ Capitulum primum.



**D**ilectissimo offi Eutero Vigilius. Directas ad nos tue charitatis ep̄las plenacatholicę inq̄sitōis sollicitudie gratāter accipim⁹, b̄ndicētes dei n̄ri clemētiā, q̄a tales extremis mūdi p̄ribus dignat̄ suis ouibus p̄uidere pastores, p̄ q̄s & pacis valeāt salutaribus abūdare, & ab antiq̄ hostis rapacitate seruari, vt insidi as nequeāt ei⁹ subreptōis icurrere, vñ certū ē, quia p̄missę vos b̄titudinis gr̄a subsequat, qm̄ à vobis c̄lestiū p̄fectio doctrinæ tā votiua suscitātōe p̄quirit. Scriptū

Scriptū est em̄, Beati q̄ scrutantur testimonia eius in toto corde exquirunt eū. Hoc igitur frater charissime propositū tuæ consultationis tota mente tractantes, de te quoq; provenire cōtendimus, q̄ regulā catholicæ fidei n̄sdē studebunt tenere vestigijs. Quibus eā apostolica fide cognoscis esse fundatam. Et quīs sonus eorū: toto orbe diffusus & vsq; ad fines orbis terræ verba eorū distēsa, dilectionis tuæ corda Christo probauerint esse fidelia. Tamē si qd ex his in ecclesia q̄ tuæ gubernationi deo auxiliante cōmissa est, necdū plena luce claruerit, ad eundē fontē, de quo illa salutaris manarat lympha, recurritis, id est quod de bita charitate fumus amplexi, q̄a fiducialiter de his, vnde apud eos obseruantia esse dixistis ambiguam, nostra voluistis responsione firmari. Quapropter dilectionē tuā in dño salutantes de singulis quid iuxta catholicā disciplinā teneat apostolicæ sedis autoritas subiectis aliquibus etiā sanctas capitulis regulas te credimus instruendū. Ac primū his quos Priscillianæ hæresis indicasti vitijs inquinari sancta & cōuenienti religioni catholicæ eos detestatiōe iudicas arguedos, q̄ ita se sub abstinētiæ simulatā p̄textu ab elcīs vident carnū submouere, vt hoc execratiōis potius aio q̄ deuotionis probent efficere, in qua re q̄a nehandissimis Manichæis esse cōsimiles approbatur, iuste patrū venerabiliū cōstitutis, ab hac superstitione sub anathematis sunt interminatōe prohibiti, q̄n̄ aliquid ciborū contagione carnū credit esse pollutū, q̄a de his omnibus q̄ ad humanū victū misericordia dei contulit, nihil catholicis esse videat immūdū. Sic em̄ Titū doctōr gentiū Paulus monet apostolus dicens, Omnia mūda mundis, coinquanatis autē & infidelibus nihil est mundū, sed polluta sunt eorū mens & conscientia, deum consent se nosse, factis autē negant, abominabiles & increduli, & ad omne opus bonū reprobī. Similiter & alio in loco ad Timotheum de huiusmodi cauendis erroribus prædicauit dicens, In nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorū, in hypocrisi loquentiū mendaciū, & cauteriatam habētū suam conscientiam, prohibentes nubere, & abstinentes à cibis, quos deus creauit ad percipiendū cum gratiæ actione fidelibus, & his q̄ cognouerunt veritatē, q̄a omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendū quod cū gratiæ actione percipitur. Hæc igitur sequētia patrū venerabiliū constituta, specialiter eos censuerit eē damnandos, q̄ cū carnibus abstinerent, ea quoq; credebant esse vitanda q̄ carnibus fuisse videbantur admixta, Nā & ipse dñs noster Iesus Christus ita præmonuit dicens, Non quod intrat in os coinquinat homines, sed quæ procedit de ore, hæc sunt q̄ coinquinant hominē. Quapropter nec abstinētiā deo placitam reprobamus, nec eos q̄ execrantur domini creaturam recipimus in nostra societate.

¶ De renascentium trina mersione.

**C II.** ¶ De baptismo quoq; solēniter adimplēdo, similiter qd apostolica, vel sanxerit, vel conseruet autoritas, in subiectis tua charitas euidenter agnoscat, illud autē nouelli esse iudicamus erroris, quod cū in fine psalmorū ab omnibus catholicis ex more dicat, Gloria patri & filio & spiritui sancto, aliqui sicut indicas subducta syllaba coniunctiua perfectū conant minuerē vocabulū trinitatis, gloria patri & filio & spū sancto. Quāuis ergo ipsa nos ratio euidenter edoceat, q̄a subducta vnā syllaba, personā filij & spūs sancti vnā quodāmodo eē designant, tamen ad errorē taliū conuincendū sufficit, quod dñs Iesus Christus designans in inuocatione trinitatis credentiū debere baptisma celebrari, dixit, Ite docete oēs gētes, baptizantes eos, In noīe patris, & filij, & spūs sancti. Ergo cū non dixit, in noīe patris & filij & spūs sancti, sed æqualibus distinctionibus, patrē & filiū & spū sanctū iusserit nominari, constat illos omnino à deo doctrina deuiare, qui aliquid huic voluerint confessioni derogare. Qui si in errore permanserint, socij nobis esse non possunt.

**D III.** ¶ De his etiā qui baptismatis gratia salutaris accepta apud Arrianos ite baptizari p̄fundæ voraginis sunt morte demersi, quid per singulos ordines vel ætates antecessorū nostrorū decreta censuerunt quæ multiplici sunt digesta ratione, & nostro scrinio releuata capitula his subiecta direximus, in q̄bus tñ illud speciali charitate etiā conuenit obseruari, vt quia pro peccatis plurimis in gētibus iniquitas ipsa surrexit in æstimatione fraternitatis tuæ aliorūq; pontificū per suas dioceses relinquatur, vt si qualitas & p̄cēnitētis deuotio fuerit approbata, indulgētia quoq; remedio sit vicina. Quoq; tamē reconciliatio non per illam impositionē manus quæ per inuocationē sancti spūs operatur, sed per illā qua penitentia fructus acquirit, & sanctæ communionis restitutio perficitur.

**E III.** ¶ De fabrica vero cuiuslibet ecclesie, si diruta fuerit iustaurāda, & si i eo loco cōsecratiōis solēnitas debeat iterari. In q̄ sanctuaria nō fuerint, nihil iudicamus efficere, sed p̄ eam minime aqua b̄dicta iactet, q̄a cōsecrationē cuiuslibet ecclesie in q̄ spūs sancti ara nō ponit, celebrata tē tantū scimus esse missarū, & ideo si qua sanctorū basilica à fundamentis etiā fuerit innouata sine aliqua dubitatione cū in ea missarū fuerit celebrata solēnitas, totius sanctificatio cōsecrationis

tionis implebitur. Si vero sanctuaria quæ habebat ablata sunt, rursus earum depositione & missarum solemnitate reuerentiâ sanctificationis accipiet.

¶ De Paschæ solemnitate & precum ordine.

V ¶ Pascha verofuturū nos, si deus voluerit, XI. Calendarum maiarum die celebraturos esse cognoscite. Ordinem quoque sanctū in celebritate missarum nullo nos tempore, nulla festiuitate significamus habere diuinum, sed semper eodem tenore oblata deo munera consecrare. Quotiens vero paschalis, aut ascensionis domini, vel Pentecostes, & Epiphaniæ sanctorumque dei fuerit agenda festiuitas, singula capitula diebus apta subiugimus, quibus commemoratione sancte solennitatis, aut eorum faciamus, quibus natalicia celebramus, cetera vero ordine consueto persequimur. Quapropter & ipsius canonicæ preceptis textum direximus subter adiectum, quæ deo propitio ex apostolica traditione suscepimus, & ut charitas tua cognoscat, quibus locis aliquid festiuitatibus apta conuectas, paschalis diei præces simul adiecimus. His igitur fraternitatis tue inquisitio responsis, dominum nostrum quantum possumus exoramus, ut omnibus catholicæ religionis ecclesiis circa vniuersos quos fideles sibi efficit, gratiæ suæ dona multiplicet, & ab omnibus infidelium spiritualis hostis atque carnalis cunctos populos suos redigere dignetur immunes. Significat etiam beatorum apostolorum vel martyrum sicut speramus sancto nos affectui tuo direxisse reliquias, presumentes fidem vestram eorum deinceps plenius esse meritis adiuuandam.

VI. Si quis episcopus, aut presbyter iuxta preceptum domini non baptizauerit, in nomine patris & filii & spiritus sancti, sed in vna persona trinitatis, aut duabus, aut in tribus patribus, aut in tribus filiis, aut tribus paracletis, proiciatur de ecclesia dei.

VII ¶ Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod ecclesia Romana fundamētum, & forma sit ecclesiarum, à qua omnes ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignorat, quoniam licet omnium apostolorum par esset electio, beatus tamen Petro concessum est, ut ceteris premineret, vnde & Cephas vocatus, quia caput est & primus omnium apostolorum. Et quod in capite precessit in membris sequi necesse est. Quapropter sancta Romana ecclesia eius merito domini voce consecrata, & sanctorum patrum autoritate roborata primatum tenet omnium ecclesiarum, ad quam tam summa episcoporum negocia, & iudicia atque quæ relegate, & maiores ecclesiarum questiones, quasi ad caput semper referenda sunt. Nam & qui se scit alius esse prepositum, non moleste ferat aliquem esse sibi prelatum, ipsa namque ecclesia quæ prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in parte sint vocate solitudinis non in plenitudine preteritis, vnde omnium appellatum apostolicam sedem episcoporum iudicia & cunctarum maiorum negocia causarum eidem sanctæ sedi reservata esse liquet, preteritum cum in his omnibus eius semper sit expectandum consultum, cuius tramiti si quis obuiare tentauerit sacerdotum causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem nouerit redditurum. Data Calestini Martij V. vifiliano, & Iohanne. III. CC. consulibus.

## Incipiunt decreta Pelagij pape.

¶ Epistola Pelagij papæ ad Vigilium.



Elagius episcopus Vigilio coepo salutem. Gaudeo fidei deuotione tue quod religiosum studium & diuinum officium dignanter impendis, & maxime quod fidei inimicos emularis apostolicæ sedis quærens exempla didici sane tam platorum tuarum que & per literas tuas quod sunt quidam pœnes vos qui dicentes garrunt. Qualiter pater & filius vnus potest esse deus, cum præter patrem alius non sit deus qui dicat ingenitus atque inuisibilis: hi sane si scirent donum dei, & vere fidei regulas intelligerent, nequaquam talia mutarēt, sed quia non habentes munda corda que videre secreta dei & intelligere mysterium valeant diuina, & mundata sunt prius corda eorum per penitentiam ut intelligere postmodum, & capere lumem veritatis possint. Quibus tamen ad eorum ac multorum illuminationem corrigendo raliū errorē apostolica autoritate respondendum est ita. Quomodo vos pater & filium vnū profiteri non vultis: Eos etiam nos vnū & verum deum à prophetis & apostolis ostendimus predicatum, à quibus etiam spiritum credimus factum non esse discretum Esaias propheta dicente, Ego sum deus, & non est alius propter me. Et per metipsum iuro, quia exiit ex ore meo veritas, & sermo meus non auertit, quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua iurabit per dominum dicens, iustitia & gloria ad eum veniet. Et ut hoc in testimonio patrem simul & filium cognoscas fuisse, Paulum audi dicentem, ut in nomine inquit Iesu omne genu flectat celestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris omnipotentis. Quod si iste filius minor est patre suo, ergo minorata est gloria patris in filio. Et ubi est quod in Salomone scriptura loquitur dicens, sicut etiam in conspectu eorum inquit, magnificatus es in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognoscant te sicut & nos cognouimus, quoniam non est deus propter te dominus. Diligenter attende & agnosce filium esse, qui magnificabitur in iudicio dum venerit viuos & mortuos iudicare. Itē Esaias.

Audi-